

»tuum utilitatibus, sive pro praedictis omnibus causis, aut aliqua illarum divisim, vel conjunctim jam diu praedictos redditus, aut proventus fundatos, & constitutos, vel fundandos, & constituendos super hujusmodi bonis, cujuscumque sint naturae (nunc, & in perpetuum abdicandis, transmittendis, & alienandis) juxta praedictos modos licitos, & puritati regulae nostrae congruos reservando & retinendo, *facta prius ex animo, & optima corde ditorum reddituum, aut proventuum, simili, vel efficaciori protestatione, & renuntiatione a Doctore nostro Seraphico P. Bonaventura praescripta, atque observata; & quod dicti redditus aut proventus in unoquoque conventu non sint in tanta copia & excessiva quantitate, ut mendicantem excludant, aliisque servatis clausulis, & circumstantiis, necnon gratis, & injuriis contentis, & expressis in allegatione pro sustinenda validitate fundationis, & perpetuorum legatorum conventus Victoriae, Sancti Patris Nostri Francisci Recolectorum in Hispania, aliis per Nos presentata Emittentis. Dominis Cardinalibus Sacrae Congregationis Concilii Tridentini, & ab eis approbata, & confirmata per decreta edita sub datis hic Romae vigesima Junii, & tertia decima Julii anno Domini 1635.*

»Ut autem facilis, opportunus, & exactus injunctum tibi munus absolere possis, ejusdem Emittentis. Protectoris auctoritate, praecipimus omnibus, & singulis dictae provinciae fratibus Superioribus, & subditis in virtute Sanctae obedientiae, & sub poena privationis propriorum officiorum, nec non excommunicationis latae sententiae, & etiam praedictis conventuum Syndicis Apostolicis, ut te, vel alium, seu alios intra praedictum, & praefixum tempus vel legitimum, seu legitimos dictae provinciae Commissarium, seu Commissarios, ad praedicta (ut fertur) specialiter, & expresse deputatum, vel deputandum, aut deputandos cum omnibus gratis, ac jure ab iis Commissariis concedi solitis, recipere, cognoscere, & revereri velint, & debeant, tibi, aut illi, vel illis in his, quae nec cultui divino, aut animae suae, nec evidenti, & spiritali conventuum utilitati contraria sunt, prompte, & hilariter obtemperaturi, Momentes, ut in hujusmodi muneris executione, nihil aliud penitus, nisi praedictorum cultus divini augmentum, domorum Domini decorem, studiorum necessitatem, & demum cujuscumque conventus utilitatem spiritualem nostro Minorum statui, & Regularibus Institutis, dictaque provinciae privilegii nuper confirmatis (ut praefertur) congruentem pra oculis habeas. Vale, Deumque pro Nobis exora.

»Datum Romae in Conventu Aracelitano die 10. Julii anno 1637. in quorum fidem manuali nostro synographo, & majori officii nostri sigillo praesentes munivimus.

»Cum autem sicut eadem expositio subjungebat praefati Exponentes praemissa pro illorum firmiori subsistentia, & validitate apostolicae nostrae confirmationis robore communiti summpere desiderant; Nos dictum Eliam, aliosque praefatos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas ad quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, haurum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, deputationem de persona dicti Eliae in speciale Commissarium Generalem (ut praefertur) factam, ac desuper confectas praesentias literas cum omnibus, & singulis in eis contentis, expressisque, apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus & approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjuicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti, quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Mandantes propterea omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, ut dictum Eliam aliosque praefatos praesentiarum praesentiumque literarum nostrarum commo-

»libet spectabit, ut dictum Eliam aliosque praefatos praesentiarum praesentiumque literarum nostrarum commo- modo, & effectum pacifice frui, & gaudere sinant, & faciant, nec illos desuper a quocumque quomodolibet molestarti, perturbati, vel inquietari permittant, ac decernentes, easdem praesentias, patentisque literas validas, firmas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet in futurum spectabit, inviolabiliter observari, dictisque exponentibus plenissime in omnibus, & per omnia suffragari debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

»Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac praedictorum ordinis, & provinciae, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus: ceterisque contrariis quibuscumque.

»Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die vigesima septima Julii 1637. Pontificatus nostri anno decimoquarto. — M. A. Maraldus.

Et ulterius pro legato relicto pro piantia fuit semper sensus S. Congreg. Boni Regimini Urbis, quae ultra superius deducta sub die 22. Junii 1625. ita dedit literas: "Viterbo Governatore. Mentre per il passato i Frati Minor Osservanti di S. Francesco di Cambrino siano stati sovvenuti di scudi dieci l'anno per la pietanza, & di altri scudi quindici per vino da quella Comunità, la S. Congreg. si contenta che possa continuarsi la medesima limosina, onde piacere a V. S. concederle la facoltà opportuna.

Ac pro vestiario habetur resolutio ejusdem S. Congregationis sub die 12. Novembris 1661. "Perugia Governatore. Questi Emin. Signori dopo avere veduta l'informazione di V. S. sono stati di parere, che ella provveda, che li Frati di S. Francesco Minor Osservanti di Nocera, siano soddisfatti dell'annua risposta di scudi sette, & baj. 50. che gli sono stati assegnati da quel pubblico sotto titolo di Vestiario; tanto eseguisca, & Dio la prosperi.

Immo pro carne assignata Mendicantibus a Comunità, illamque posse a lanione illius licite exigi, habemus eam decimum per doctissimam, & vigilantissimum Opit. Cerrum A. C. Locumtenentem in causa Sabinen. praestationis carnis inter RR. PP. de Observantia B. M. Virginis de Lilio, & Josephum Gentilem sustinentem jura Communitatis Malleani cum mandato de exequendo judicium de fratribus favore RR. PP. relaxato, ac cum sententia emanata sub die 24. Martii 1708. per acta Babucci Notarii A. C. *in vitiis super*

Ac S. Congregationis Concilii, quae ita invariata pro observatione praefati decreti Rev. fabricae circa legata pro piantia relicta mandavit, & in specie in *Actina Legati 4. Maji 1697.* cujus resolutio magistralis haec est:

»Balthasar de Calvinis anno 1639. instituta herede usufructuaria Pieria uxore gravavit tam ipsam, quam haeredes proprietarios ad tradendum in perpetuum PP. Cappuccinis elemosynam Juliorum septem singulis hebdomadis pro duobus ferculis, seu pitantibus, injuncto onere eidem Pieriae faciendi intra certum tempus investimentum aequivalentem annuae satisfactionis praedictis legati per hac verba: Lascia la medesima Sig. Pieria, mentre sarà viva, & gli infrascripti eredi, & successori in infinito siano obligati, siccome esso Testatore espressamente comanda, di fare due volte la settimana l'elemosyna alli Cappuccini di Gesi di giuli tre & mezzo per ciascheduna volta di Carne, o Pesce, & che per detto effetto pagati li scudi 100. al Legato fatto di sopra per l'Altare di S. Giuseppe della Sig. Pieria sua Consorte tra

»lo spazio di quattro, o cinque anni, o quanto prima si possa, si ponga a frutto quella quantità di denaro, che sarà bastante per il stabilimento perpetuo delle dette elemosyne delle due pizanze la settimana per li detti PP., & che sino a detto cumulo, o stabilimento la Sig. Pieria si compiacia si come esso Testatore la grava di tener comunicati li frutti della sua dote, & contradotore pregando il medesimo Sig. Testatore li detti PP. Cappuccini per la detta carità di pagare nelle loro Orazioni per l'Anima d'esso, & de' suoi antenati morti &c.

»Neglexerunt tam Pieria, quam primi haeredes ne dum primum investimentum, verum etiam traditionem praedictae elemosynae per plures annos. Quare Nicolaus, & Theoderetus de Calvinis haeredes mediatii condemnati fuerunt a Rev. Fabrica per viam compositionis ad solutionem scutorum 300. pro elemosynis decursis, & non solutis.

»Modo autem volentes iidem haeredes executioni demandare praefati testatoris voluntatem quoad investimentum capitalis praedicti oneris eo sub fundamento, quod ubi ad formam testamenti factum fuisset, nullius ascendentes tunc ad annua scut. 36. vix hodie ascenderunt ad medietatem attenta notoria diminutione fructuum, censuum, & aliorumque stabilium.

»Verum audito desuper Episcopo comprobante narraturum veritatem, excitata fuit difficultas: An onus investimenti tamquam adjectum executioni legati dicatur stare demonstrative, vel taxative, ita ut investimentum modo faciendum sit ab haeredibus perpetuo manutenuendum pro integra satisfactione summae legatae? Cumque placeret E.E. VV. demandare, ut instantia praedicta describeretur in folio; Hinc in presenti Congregatione informantibus praedictis haeredibus exquiruntur.

I. An & in qua quantitate praefatum investimentum sit faciendum?

II. An post factum investimentum, ac superveniente aliqua diminutione tam in capitali, quam in fructibus, haeredes teneantur cum bonis haereditariis perpetuo supplere summam deficientem?

104 Die 4. Maji 1697. S. Congreg. E.E. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum censuit, ad primum faciendum esse investimentum in quantitate aequivalenti ad integrum onus.

Ad secundum respondit, Affirmative.

»Faventina Legatorum: In assignatione bonorum facta per Constantiam Severolam anno 1657. ad effectum fundandi in terra Mutilianae, vel beneficium ecclesiasticum, vel monasterium Monialium, tria onera fundatrix imposuit. Primum annuae praestationis lib. 100. olei pro manutentione lampadis ante sacras reliquias in ecclesia PP. Cappuccinorum dictae terrae; Secundum lib. 25. cere albae pro usu ejusdem ecclesiae; & Tertium modicum unius ferculi valoris solidorum 20. ipsis PP. Cappuccinis per singulas hebdomadas subministrandi.

»Secuta de anno 1686. monasterii fundatione, recusantur Moniales subministrare dictas praestationes sub praetextu omnimodae incapacitatis Fratrum Cappuccinorum, quare ad instantiam Alexandri Bonconi, utamquam unius de populo, citatis, & informantibus quoque Monialibus, declarari humiliter supplicatur.

I. An monasterium teneatur subministrare singulis annis dictas libras 100. olei, & 25. albae cere pro usu Ecclesiae Cappuccinorum?

II. An similiter teneatur praestare singulis hebdomadis supra dictum ferculum bon. 20. pro ipsis Cappuccinis?

105 Die 2. Martii 1697. S. Congreg. E.E. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum ad primum respondit, Affirmative.

FERRAR. BIBLIOT. TOM. V.

»Ad H. censuit servanda esse decreta Congregationis Fabricae die 4. Februarii 1633.

»Quae procedunt etiam assignatio bonorum fieret in contractu inter vivos, uti habemus casum decimum per S. C. Fabricae in *Immoletti Legati, seu Donationis sub die 16. Martii 1707.* ubi fuit dictum favore RR. PP. Observantium Imole ad exclusionem Tribunalis R. Fabricae, non intrare illius privilegia; super qua controversia, quia elaboratissima fuerunt distributae allegationes doctissimorum cause Patronorum, & Advocatorum, merito pariter illas subnectere existimavit ad ostendendum, quod in hujusmodi controversiis omnia necessaria motiva hinc inde fuerunt perpensa, audito Commissario, & Fiscali ejusdem S. Tribunalis, & decisum non intrare privilegia Fabricae attenta capacitate Religiosorum in recipiendis hujusmodi legatis ex capite elemosynae; adversus quam resolutionem, cum denuo fuerit provocatum ad idem tribunal, hoc pensis denuo partium rationibus sub die 20. Julii ejusdem anni eadem resolutionem confirmavit cum rescripto in *Decisis*; Sic de Luccia in *dissertatione de legatis num. 402.*

»Insuper ditorum fratrum Minorum capacitem expresse demonstrant variae resolutiones Sacrae Congregationis Fabricae; quarum prima fuit illa emanata die 28. Maji 1639. cum Epistolis directis Episcopo S. Angeli in Vado hujus lecturae: "Ha avuto ricorso a questo S. C. della Fabrica il Procuratore Generale de' Minori Osservanti esponendo, che di un legato pio appartenente a' detti Frati di S. Angelo in Vado V. S. intendeva erigere un Canonico sotto pretesto della loro incapacità: Questa medesima Congregazione anche con partecipazione di N. S. fece Decreto (Quod est illud anni 1633.) che questi PP. potessero ricevere per modum elemosynae gli annui Legati pii, & che non si estinguessero, riservandose la disposizione a' N. S. conforme all'igionto Decreto." Roma 28. Maggio 1639.

»Et quamvis Episcopus in sua informazione quam plurima deduxisset ad ostendam incapacitatem fratrum, denuo S. C. rescripsit: "Sendo stata letta in questa Sacra Congregazione la risposta data da V. S. in materia dell' applicazione da lei fatta ad un Canonico delli sc. 809. lasciati da Carlo Gualterucci alli Frati della Osservanza con peso di Messe, non son parse a questi Eminentissimi Signori sufficienti le ragioni addotte per sostenere detta applicazione, quale come che è fondata tutta nella incapacità de' Frati, così non sussistendo tale incapacità, almeno ad effetto di poter ricevere per via di limosina, conforme al decreto fatto da questa S. C. dovrà V. S. sospendere, nè in essa procedere più oltre in pregiudizio de' Frati." Roma 30. Agosto 1639.

»Secunda sub die 31. Decembris 1639. directa Episcopo Anconitano, ita: "Questa S. C. altre volte dichiarò detti Frati Capaci per modum elemosynae, però proveredete che il legato si eseguisca, nè sotto nil detto pretesto della loro incapacità gli Eredi ritardino il pagamento."

»Tertia sub die 17. Martii 1640. lata ad favorem PP. Minorum de Magliano, in qua agebatur de legato sc. 1500. cum obligatione injuncta haeredi de reinvestiendo dictam summam, & solvendo fructus annuos PP. erogandos ab istis in perpetuum pro celebratione duarum missarum, & pro emenda sacrae suppellectilis altaris, & applicatio R. Fabricae per Commissarium illius, & demandans talis applicationis revocationem ita: "E perchè detti PP. Osservanti credono che detta sentenza non possa sussistere, si per aver questa S. C. dichiarato nel 1633. che essi sono capaci di simili legati per modum elemosynae &c., è parendogli la domanda ragionevole, ne danno la facoltà di poter rivvedere, conoscere, & terminare detta causa per giustizia con facoltà di reintegrare detti Osservanti... Prout de facto Commissarius eisdem PP. ad legatum reintegravit."

»Demum adsunt consimiles declarationes emanate sub diebus 28. Julii 1640. 29. Decembris ejusdem anni.



ni, 5. Octobris, & 2. Novembris 1641. & alia, quas brevitate causa omittendas censui, quae omnes declarant capacitatem cum tali modificatione per viam elemosynae, & inveniuntur in eadem discept. Piton. numer. 138. 139. 140. 141. & 142.

110 Hujusmodi capacitas censetur admissa per Summos Pontifices: cum enim de anno 1641. Commissarius Fabricae applicaverit quendam censum mille florenotum in sorte, & sc. 80. in fructu erogandorum in emptione tunicarum, & habitum pro dictis PP. juxta donationem istis factam a Gaspare de Bartholomaeo, comparuerunt coram S. M. Urbano VIII. iidem PP. Minores, & ita eorum intentum exposuerunt: "Supplicat &c. quatenus dignaretur declarare fratres esse capaces dictae donationis, & a Ministris fabricae non posse molestari, quin per modum elemosynae possint dari, & recipi fructus census &c. & emanavit praefata signatio." Die 12. Nov. 1641. S. S. D. N. audita relatione S. Sae facta de ordine Eminen. Cardinalis Barberini Protectoris benigne annuit petitioni supradictae, & in illius executionem S. C. Fabricae ita signata petitionis demandavit effectum: "Questi Eminentiissimi miei Signori della S. C. della Fabrica vi ordinano, che lasciate liberamente pagare, & ricevere detti frutti alli medesimi fratri donati per modo di limosina, conforme la grazia fattagliene da N. S. revocando li sequestri, & ogni altro impedimento di questo tribunale, & suoi Ministri." Roma 21. Decembre 1641. Piton. l. c. n. 144.

111 Et indistincte pro legatis pro victu, & vestitu semper resolvit Sac. Congr. Boni Regiminis, & signanter sub die 12. Aug. 1651. ibi: "Ficulle Podestà. Comanda la S. C. mentre ba vero, che nell' ingresso de' PP. Cappuccini in costoro luogo dal pubblico Consiglio fosse pro loro sostenimento assegnati per limosina sc. 50. p' anno, gli si continui conforme al solito tale sussidio caritativo, onde Voi loro concederete la facilità opportuna, oprando che in tal conformità segua l' effetto."

112 Ac sub die 26. Aprilis. 1678. Campagna Governatore. "La S. Congr. senza attendere la risoluzione presa dal pubblico Consiglio della Comunità di Anagni, avendo ordinato, che si continui a somministrare il solito sussidio di 40. sc. annui a quelli Fratri Cappuccini, che con tal' assegnamento furono ricevuti dalla Comunità suddetta, così si contenterà di ordinare che segua, & Dio la prosperi."

113 Sicuti etiam sub die 10. Maji 1692. Viterbo Governatore. "E' stata sentia anche dalla Sac. Congr. come necessaria l' istanza fatta dalla Comunità di Valentano di potere ammettere li Fratri Minori Osservanti di S. Francesco nel Convento già soppresso della Madonna della Salute, perchè restino provisti quegli abitanti di chi loro assista opportunamente con gli ajuti spirituali, per li di cui effetto s' è contentata la medesima S. Congr. che possa la predetta Comunità in conformità della risoluzione del Consiglio somministrare scudi 500. per una sol volta da pagarsi in cinque anni scollis sopravanzi della Tabella in ogni anno la rata, sed altri 50. scudi annui in sussidio caritativo per pietanza, & vestitio de' Religiosi, che vi dimoreranno, da pagarsi ventidue scudi in ogni semestre, onde V. S. ne potrà concedere la necessaria licenza."

114 Item hanc Minorum capacitatem obtinendi, & recipiendi legata perpetua per viam purae, ac simplicis elemosynae, pluries comprobavit Sacra Congregatio Episcop. & Regul. & signanter in Lucens. sub die 21. Martii 1677. pro Minoribus de Observantia hanc dedit declarationem: Sacra Congreg. Episcop. & Regular. saepius declaravit fratres Minores de Observantia S. Francisci, quomodo atenta dispositione, Exivi de Paradiso, & Conit. Nicolai II. & Clement. V. sint incapaces obtinendi census perpetuos, & bona stabilia, posse tamen per viam purae, ac simplicis elemosynae recipere quicquid ab executoribus ultimarum voluntatum eis traditur pro celebratione missarum, pro ornamento ecclesiae, & aliisque necessariis procurandis juxta doctrinam D. Bonav. relatum in const.

S. M. Urbani VIII. incipient. Sacrosancti. Apostolatus ministerium: Item eandem capacitatem pluries approbavit Sacra Congregatio Concilii, & signanter sub die 12. Junii 1704. in Sacerdotia Legati Fabritii Pimo in famosa causa vertente inter PP. Theresianos haeredes, & Minores de Observantia, Reformatos, & Cappuccinos legatarios, ubi rescriptis: Observentur decreta Rev. Fabricae emanata die 24. Februarii 1633. hoc est recipiant per modum elemosynae. Quod & expresse in eadem causa decrevit Sac. Congr. Rev. Fabricae sub die 20. Julii 1707. & 9. Februarii 1708. in quorum decretorum observantiam fuit datum mandatum executivum sub die 28. Junii 1709. & sub die 12. Augusti ejusdem anni 1709. fuit lata sententia a R. P. D. Sinibaldo Judice Rev. Fabricae declarans, & statuens, DD. PP. Theresianos in executionem praefatorum decretorum teneri, & obligatos esse solvere annum legatum per viam elemosynae relictum per dictum Fabritium Pimo dictis Minoribus de Observantia, Reformatis, & Cappuccinis, & tam dicta sententia, quam mandatum datum a Collegio Eminentiissimorum, & Reverendissimorum DD. Cardinalium S. C. Rev. Fabricae S. Petri de Urbe deputatorum, refertur ad literam a D. Petro Marcellino de Luccia in sua dissertatione unica de legatis pro vita Religiosis Mendicantibus relicta, a pag. 207. ad pag. 210. num. 522. & 523.

116 Ex supra recensitis stat clarum, quod legata relicta fratribus Minoribus per modum simplicis elemosynae sustinentur: & quod tales fratres licet sint incapaces legatorum transferentium dominium, & possessionem apud ipsos, sunt tamen capaces ipsorum legatorum per modum purae, & simplicis elemosynae. Et quavis dicti fratres non sint capaces petendi legata perpetua per modum actionis judicialiter, sunt tamen capaces ipsa recipiendi per modum elemosynae ab haerede defuncti, licet iste haeres fuerit coactus ex officio per Judicem, vel ad instantiam alicujus de populo, vel Syndici Apostolici, etiam tanquam unius de populo, qui ut talis potest comparare, & implorare officium Ordinarii, ut demandet executionem testamenti, & adimpleatur mens testatoris, ut articulo discussio pronuntiavit Rota in Turritana elemosynarum scilicet legatorum 10. Januarii 1695. coram Emerico Decano pro Syndico Apostolico conventus Sancti Petri de Syrachis Ordinis Minorum de Observantia cum Archidiacono Ecclesiae Turritanae registrata apud Pitonium part. 1. disceptationum ecclesiasticarum, discept. 2. num. 36. & apud D. Luccia loc. cit. pag. 117. num. 350.

117 Imo cum juxta communem Doctorum sententiam haeres teneatur in conscientia adimplere onera, & pias dispositiones testatoris, potest etiam cogi per Syndicum Apostolicum, non tanquam unum de populo, sed nomine Ecclesiae Romanae vigore constitutionum Gregorii XIII. Martini IV. & Pauli IV. ut tradunt in puncto Emmanuel Rodriguez quest. Regular. tom. 2. quest. 127. art. 4. §. Ad primum enim: Portell. In dub. Regular. verb. Legatum numer. 8. & melius in addit. num. 2. vers. De modo autem: Hieronymus Rodriguez resolut. 88. Pellizar in manual. tract. 4. sect. 2. num. 111. & seq. tom. 2. Ricciulli. de Jure personar. extra gremium Eccles. lib. 8. cap. 9. num. 27. Amostaz de causis pias lib. 4. cap. 3. num. 98. Pasqual. de Sacrificio Miss. quest. 1091. num. 5. Villalob. difficultate 34. num. 7. & alii; quae constitutiones Martini, & Pauli fuerunt novissime revocatae per Ven. Innocentium XI. constitut. incipient. Sollicitudo pastoralis, sub dat. 20. Nov. 1679. impress. in Histor. Orbis Seraphic. tom. 4. fol. 224.

118 Plurima alia de capacitate Fratrum Minorum recipiendi, & retinendi perpetua annua legata per modum purae, & simplicis elemosynae videnda relinquuntur apud Pitonium cit. part. 1. discept. 2. per tot. & apud D. de Luccia in cit. dissertatione unica de legatis per tot. ubi ultra adductas multae afferuntur apostolicae sanctiones, & Sacrarum Congregationum responsiones, & declarationes; unde non amplius attenden-

dendi venit Doctores in contrarium scribentes. Domus professae Societatis Jesu, licet sint vere Mendicantes, sunt tamen capaces legatorum, etiam bonorum stabilium, ita tamen ut si talia bona non sint necessaria, nec opportuna usui domorum professorum, ea vendi debeant, & ex eorum pretio propriis necessitatibus provideri; Sic Rota in Romana Legati 10. Maji 1617. coram Burato, & communis Doctorum; Nihil tamen obstat tempore non longo ea retinere, donec se occasio vendendi offerat, vel oportunitas aptandae habitationis ad usum domorum professorum; Sanchez lib. 7. Moral. cap. 26. n. 22. Layman lib. 3. de Justitia tract. 5. cap. 10. n. 6. & alii. Vide quoad haec allegata cap. 6. constit. dictae Societatis cap. 2. §. 5. (Vid. lit. A. pag. 99.)

120 Legatum relictum ecclesiae, quam testator in specie non expressit, adeo ut ignoretur quam voluerit intelligere, est validum; Communis. Si enim simpliciter nominavit ecclesiam v. g. Sanctae Mariae, & plures sint ecclesiae ejusdem nominis, inter quas una sit parochialis, legatum debetur parochiali; Authent. de Ecclesiis tit. §. Si quis nomine, & ibi Glossa verb. Domicilium collat. q. Barbosa de offic. & potest. Episcop. pars. 3. alleg. 82. num. 41. & lib. 3. Juris Eccles. univ. cap. 27. num. 90. & seq. & plurimi alii ibi citati, & alii passim. Si autem testator duas habuerit ecclesias parochiales ejusdem nominis, & facultatis, in quibus praesens, & aequaliter recipiebatur ecclesiastica sacramenta, & nec ex electione sepulturae, nec aliunde discerni possit, de qua parochiali intelligitur, variant Doctores. Multi enim volunt, in tali casu legatum esse dividendum inter utramque parochiam, arg. cap. 2. vers. Cum ab eo, & de sepult. in 6. ubi habetur, quod si aliquis habuerit duo domicilia, in quibus aequaliter commoretur, & aibi sepulturam elegerit, portionem canonicam esse dividendam inter parochias utriusque domicilii. Sic Covarr. in cap. Judicante, de Testament. num. 2. Sylvester verb. Legatum §. num. 8. Molina de justitia tract. 2. disp. 196. num. 3. Garzias in summ. tract. 3. differ. 11. dub. 3. num. 4. Leon. de Offic. Capell. quest. 5. sect. 2. num. 36. Amostaz lib. 1. de causis pias in genere cap. 11. num. 19. ubi citat alios, & dicit aptissimum esse textum in leg. Si quis Titio 17. §. fin. ff. de leg. 2. ubi si decem uni ex liberis legaretur, nec constet, cui certo legata fuerint, inter omnes distribuuntur. Quod idem dicitur, quando posthumo legaretur, & plures nascerentur, uti subdit ipse loc. cit. Gomez tit. 1. var. cap. 19. & Cancercius 3. part. cap. 20. num. 285. Et similiter observatur, si centum pro praemio assignentur primo ingredienti arcem obsessam, & nam si plures sint ingrediantur, centum inter eos distribuuntur; Alciatus lib. 9. Parerg. cap. 10. Amostaz loc. cit. & alii. Multi alii autem tenent, in tali casu electionem competere executoribus testamenti, seu arbitrio Episcopi, arg. cap. Quoniam 13. vers. Alioquin, de decimis, ubi habetur, quod si res fuerit utriusque dubia, ita ut nulla conjectura comprehendi valeat, ad quam parochiam novalia pertineant, tunc in arbitrio Episcopi erit decimas, cui Ecclesiae maluerit, deputare; & sic a pari in proposito locus erit gratificationi; arg. cap. 1. vers. Quod si forte, de Paroch. Sic Gamma dec. 185. Lara de Anagn. lib. 6. cap. 10. num. 97. & plurimis citatis Barbosa lib. 3. Juris eccles. univ. cit. cap. 27. num. 93. ubi ex ipsis dicit hanc esse communem, & veriore.

124 Quae sententia est praesertim tenenda, quando legatum est individuum, nec admittit separationem, ut si tes-

tator jusserit construi capellam in ecclesia parochiali; Tunc enim ex quo testator legaverit rem individuum, nec possit impleri ejus voluntas quin uni parochiali concedatur, in dubio erit dilectio executorum, seu Episcopi: Rubens praefat. cap. 79. num. 428. Amostaz loc. cit. numer. 20. Sanchez in consil. moral. part. 2. lib. 2. cap. 2. dub. 8. num. 6. Vasquez in opuscul. de Testament. cap. 8. §. 5. dub. 1. num. 98. & alii.

125 Si vero multae sint ecclesiae sub eodem expresso nomine Sanctae Mariae, & nullo modo appareat quam testator elegerit, tunc legatum dandum est ecclesiae pauperiori sub dicto nomine, textu expresso in Authent. de Eccl. tit. cap. Si quis autem ibi: Si quis autem unum Sanctorum haeredem scripserit, aut legatum ei reliquerit, & non specialiter nominaverit locum, in quo est venerabilis domus; inventantur autem in eodem loco, aut civitate plura Oratoria ejusdem Sancti, illi magis domus, quae pauperior est, praebatur, & sic tenent Tiraquell. priv. 56. ad medium Gomez var. tom. 2. cap. 11. num. 8. Molina loc. cit. disp. 176. Layman lib. 3. tract. 5. cap. 11. num. 8. vers. Deinde statuitur: & pluribus citatis Barbosa lib. 3. Juris eccles. cap. 27. num. 92. Tunc enim censetur testator voluisse legare illi ecclesiae, respectu cujus sic legando majus opus charitatis exercet, & plus suae aequitatis consulit; arg. cap. Anima Defunctorum cap. Prohibentibus, cum multis ibid. 13. quart. 2. cap. ultim. de Sepulturis, cap. In literis, de raptorib. Legando autem ecclesiae pauperiori majus opus charitatis exercet, & plus consulit animae suae, ut de se patet, adeoque &c.

126 Si Ecclesia nominata non reperitur in civitate testatoris, bene vero in ejus diocesi, seu territorio, tunc isti debetur legatum; Communis textu expresso in cit. Authent. de Eccl. tit. cap. Si quis autem, ibi: Si autem non est in civitate Basilica nominati Sancti, invenitur autem in territorio ejus, illi datur. Si autem ecclesia nominata non reperitur, nec in civitate, neque in ejus territorio, seu diocesi, tunc legatum debetur ecclesiae parochiali testatoris; Communis textu expresso in cit. Authent. de Sacros. Eccles. cap. Si quis autem, ibi: Si autem neque in territorio ejus reperitur ejusmodi domus, tunc ecclesiae civitatis (sive parochiae) in qua Testator domicilium habuerit, praebatur.

127 Legatum relictum v. g. Titio, si duo sint Titii aequales charitate, & amicitia cum testatore conjuncti, nec discerni possit, quinam ex ipsis fuerit a testatore electus, quamvis de Jure civili corraat, & sit pro invalido habendum, leg. Si fuerit leg. Si quis pluribus, ff. de rebus dubis, leg. Si duo sunt Titii, ff. de test. tutela: In foro tamen conscientiae tenetur haeres, seu Executor illud inter eos dividere aequaliter, si in id consentiant, sic enim exigit aequitas naturalis; Molina tom. 1. disp. 197. num. 1. & Diana part. 3. tract. 5. resolut. 58. Trullench tom. 2. lib. 7. cap. 18. d. 1. numer. 23. Busemb. lib. 3. part. 2. cap. 4. dub. 4. & La Croix ibid. sub num. 1129. & alii.

129 Legatum relictum determinato pauperi, hic si moriatur ante solutionem, haeres tenetur dare illud alteri pauperi; quia adhuc durat causa legati, scilicet pietas, & suffragium animae testatoris, cum tale legatum pius praesumatorem factum causa pietatis, & in beneficium animae ipsius testatoris: & sic designatio pauperis facta fuerit demonstrative, & non taxative. Aliter tamen esset dicendum, si legatum fuisset relictum in solum commodum, & bonum talis determinatae personae, quia tunc causa Legati esset affectus, qui cessat

Dum legatum relinquunt, & non appareat de qua persona testator senserit: quod propter incertitudinem haud valeat, pro competo habetur cum A: nec haeres tenentur, nostra atenta dispositione regia, illud adimplere (1).

(1) L. 9. tit. 9. part. 6. Ibi: Non valdrá la manda. E esto sería, como si el testador oviese dos amigos, que oviese el uno nome asi como el otro, & dixese asi: mando a fulan mio amigo tantos maravedis, ó tal cosa, & non dixese el sobrenome de aquel á

quien lo mandaba. Cá pues que non se puede saber ciertamente, qual de aquellos sus amigos quisiera el testador que oviese aquella manda: por ende non vale, nin es el heredero tenudo de lo cumplir: &c.



sat cessante persona, in cuius specialem affectionem fuit relictum legatum; La Croix cum Busemb. lib. 3. part. 2. cap. 4. dub. 4. sub num. 1129. Felix Potest. tom. 1. part. 2. num. 2567. & alii passim.

130 Repudiatio legati ecclesie facti est illicita, & peccaminosa, si fiat absque iusta causa, & sine debitis solemnitatibus, seu sine beneplacito apostolico; & in tali caso tenetur Prelatus ad satisfaciendum ecclesie, si habeat proprium, unde satisfaciatur; Communis, teste Reiffenstuel. lib. 3. Decret. tit. 10. num. 53. Et ratio est, quia Prelatus vi officii sui, adeoque ex obligatione virtutis iustitie tenetur procurare commodum, & utilitatem ecclesie sibi commissa, eidemque acquiescere in quantum potest; cap. Quicumque 2. caus. 12. quest. 4. iuxta Glossa vers. Aut neglectum: Prelatus autem repudiando legatum factum ecclesie non procurat ipsius ecclesie utilitatem, nam non acquirere est ei insidiari leg. Confertur, ff. de collat. bonor. ubi precise habetur; Ceterum si id egerit, ne quid acquireret, hic etiam sibi insidiatus est. Unde consequens est quod Prelatus ille, qui sine iusta causa, & debitis solemnitatibus repudiavit legatum ecclesie relictum, non solum illicite egerit, atque peccaverit, sed etiam compelli possit, ut de suo, si proprium habeat, satisfaciatur ecclesie, cum ipsam iniuste damnificaverit; Glossa in cap. Illud statuendum 8. Si ergo caus. 16. q. 6. verb. Meliorem: Abbas in cap. Tua nos nuper num. 9. De his, que sunt a Prelatis, istud probans exemplo tutoris, qui si potuit acquirere pupillo, & non acquisivit, tenetur de suo refundere; leg. Quidquid, Cod. Arbitrium tutela. Et sic Doctores passim; Vid. verb. Alienatio art. 4. num. 6. ad 10. Immo quando Prelatus absque iusta causa repudiavit legatum ecclesie relictum, potest ecclesia exinde graviter lassa petere beneficium restitutionis in integrum; Communis, arg. cap. Requisivit 2. cap. Cum venissent 2. de integrum restitutione. (Vid. lit. A pag. 87. col. 2. in nov. & p. 90. col. 1. in fin. n. 10. Recognoscit lit. D. pag. 111. col. 1. in leg. 1. num. 15.)

132 Legata ad causas pias valent etiam si testamentum ad causam profanam factum ob defectum solemnitatis civilis corruat; dummodo tamen constet de voluntate testatoris, v. g. si scriperit, aut subscriperit, si haeres agnoscat ejus manum, aut ab eo immediate audierit, & hujusmodi; Communis. In relictis enim ad causam piam Jus civile non attenditur, arg. cap. Relatum 11. de testamentis, & adeoque etsi defectus solemnitatis civilis testamentum non valeat quoad profana, valet tamen quoad legata pie in eo contenta. Immo valent etiam legata profana contenta in testamento absque solemnitate civili condito, arg. cap. Accessorium 42. de Regul. Juris in 6. ubi expresse dicitur, quod Accessorium naturam sequi congruit principalis; (2.) adeoque si testa-

mentum tantquam principale valet, ex cap. Relatum 11. de Testam. etiam legata quamvis profana utpote quid Accessorium valeant. Hinc Authentica. Quod sine, Cod. de Testament. in testamento patris inter liberos sine solemnitate ordinaria factum, valet etiam legata extraneis relicta; sic Covarrub. de testamentis cap. 11. num. 2. Pirhing. lib. 3. Decretal. tit. 26. num. 22. Reiffenstuel. ibidem n. 167. Engel. ibid. num. 19. Tiraquell. privileg. 80. Molina disp. 134. Layman lib. 3. tract. 3. cap. 2. n. 10. Julius Clarus §. Testamentum q. 6. num. 9. citans communem.

134 Falcidia, & Trebellianica non detrahitur a legatis ad pias causas; Authent. similiter, Cod. ad Leg. Barbosa l. 3. Juris Eccles. c. 27. n. 184. cum communis aliorum.

135 Pars autem falcidia, quae non potest detrahi a legatis piis, non est oneranda legatis profanis, ita ut haeres integram Falcidiam percipiat, sed solum a legatis profanis est detrahenda pars illa Falcidia, quae ipsi pro rata competit, cum ad eam tantum sit obligata: Falcidia enim pro rata de quolibet legato detrahitur; l. Haereditatem 68. §. fin. l. In quantitate 73. §. fin. ff. ad leg. Falcid. Unde in tali causa integra Falcidia non deducitur, sed tantum rata de aliis legatis profanis. Mantica lib. 9. conjectur. tit. 3. num. 24. & 25. Amostaz lib. 1. de causis piis cap. 11. num. 34. Falcidia non detrahitur ex legatis relictis Ecclesie. Communis cum Card. Petra tom. 2. comment. ad Constit. X. Innocent. III. num. 75. Neque detrahi potest Falcidia ex iis, quae relinquuntur confraternitatibus, sive cum Episcopi auctoritate, sive absque ea institutis; Bassi tract. de rodalitatibus, seu confraternitatibus q. 16. n. 1. cum multis citatis, Barbosa l. 2. Juris ecclesiast. univ. cap. 22. n. 92. ubi restatur de commun. Falcidia nullimode detrahitur a legatis cum onere missarum, vel pro exoneratione conscientie relictis, quia certo supponitur testatorem prevoluisse, & praedilexisse tale onus in suffragium suae animae. Card. Petra. loc. cit. n. 84. & 85. Vide verb. Falcidia n. 24. An autem Falcidia sit detrahenda ex legatis piis, quando pia causa, seu Ecclesia est instituta haeres? Vid. d. verb. Falcidia ad num. 20. ad 23.

136 Papa potest valide, & licite ex rationabili, & iusta causa commutare legata pia. Communissima apud omnes; arg. Clement. Quia contingit 2. de religiosis domib. ibi: Salva quidem Sedis Apostolica auctoritate, & constat ex Tridentino de reform. sess. 22. cap. 6. & sess. 25. c. 4. An autem Papa etiam sine rationabili, & iusta causa possit commutare legata pia? variant Doctores: Multi enim tenent, & defendunt partem affirmativam, quia dicunt, testatores quoties aliquid pium legatum relinquunt, id faciunt sub tacita conditione, si Papa aliter non disposerit; arg. cit. Clement. Quia

(a) Auct. acord. 3. lib. 5. tit. 10. La ambicion humana: y asi acordio, que no valgan las mandas que fueren hechas en la enfermedad de que uno muere a su Confesor, sea Clerigo, o Religioso, ni a deudo de ellos, ni a su Iglesia, o Religion: Reg. Sched. 18. August. 1771. Ibi: Os mando que todos le cumplais segun su literal contexto, arreglandos a el en qualesquiera determinaciones que diereis sobre los casos de que trata, baxo las penas en el contenidas, imponiendo, como impongo, igual pena de privacion de oficio a los Escribanos que otorgaren qualesquiera instrumentos en su contravencion, pues desde luego de-

claro nullos los que se executan en contrario: L. 32. tit. 1. lib. 6. Ind. Si algunos Indios ricos, o en alguna forma hacendados estan enfermos, y tratan de otorgar sus testamentos, sucede que los Curas, y Doctrineros, Clerigos, y Religiosos procuran, y ordenan que los dexen a la Iglesia, o toda, o la mayor parte de sus haciendas, aunque tengan herederos forzosos, exceso muy perjudicial, y contra derecho: mandamos a los Virreyes, Presidentes, y Audiencias que provean, y den las ordenes correspondientes para que los Indios no reciban agravio, y tengan entera libertad en sus disposiciones, sin permitir violencia:--

(b) L. 2. tit. 4. lib. 5. Ibi: Los quales dichos testamentos, y codicilos, si no tuvieren la dicha solemnidad de testigos, mandamos que no hagan fe en juicio, ni fuera de el.

Quia contingit, ibi: Salva quidem Sedis Apostolica auctoritate, adeoque Papa etiam absque causa pro sua voluntate, & libertate poterit commutare ultimas suas voluntates, seu legata pia. Tum quia hac tacita conditione existente, quando fit legati commutatio non agit Papa contra voluntatem testatoris, sed secundum ipsam, adeoque non erit necessaria ulla causa ad talem commutationem. Covarrub. l. 3. variar. cap. 6. n. 7. Marta de Jurisd. p. 4. caus. 74. n. 5. Sarmiento select. l. 1. c. 8. n. 18. Felix Potestas tit. 1. part. 2. n. 2580. Silvester, Armilla, & alii apud Sanch. consulti. lib. 4. cap. 1. dub. 1. num. 1.

141 Plurimi autem alii sustinent negativam partem; quia dicunt ipsi, de Jure naturae est observare, & ad unguem adimplere ultimas voluntates; & quamvis Papa sit administrator causarum piarum, nequit tamen absque causa eas commutare, cum alias rectus administrator non esset, Sanchez loc. cit. dub. 1. num. 4. Wadingus de contract. disp. 4. dub. 13. §. 6. n. 3. Diana part. 8. tract. 1. resol. 63. in princ. Carpio de execut. testam. l. 3. cap. 4. num. 5. Molina de justitia tract. 2. disp. 249. n. 4. Lugo cod. tract. disp. 24. n. 512. Moneta de commut. ultim. volunt. cap. 6. n. 29. Jul. Cappon. tom. 2. discept. 103. n. 17. Barbosa de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 83. n. 1. cum plurimis ibi citatis; ubi dicit quod in Concilio Tridentino sess. 22. de reform. cap. 6. statutum, hujusmodi commutationes neque ab Apostolica Sede fieri debere, nisi ex justa, & necessaria causa, & ex Molina, loc. cit. n. 9. subdit ab ipso Concilio Trid. loc. cit. "sanctum esse, ut quando commutationes aliquae a Sede Apostolica fuerint obtentae, Episcopi tamquam Legati Sedis Apostolicae summarie, & extrajudicialiter cognoscant, nihil precibus, tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum, priusquam commutationes praedictae executioni demandentur;" sunt verba Concilii. Et revera si ex tali commutatione ledatur jus tertii, nequit Pontifex sine causa id facere; si quando 35. Cod. de inoffic. testam. nec id solet a Principe fieri l. Rescripta 7. Cod. de precib. Imperat. off. l. fin. Cod. Si contra jus, vel utilit. publ. Alterum enim non ledere est preceptum juris naturae; §. Juris praeccepta, inst. de just. l. Justitia 10. ff. cod. tit. lib. 2. tit. 1. p. 3. adeoque quoties fuerit damnus tertii, erit pro tali commutatione semper necessaria rationabilis causa, ne Jus naturale a Papa laedi, & impugnari videatur; quin potius commutatio illa per mutationem materiam reducatur ad Jus naturale. Moneta de commut. ultim. volunt. cap. 11. n. 29. & q. 7. n. 7. Peregrin. de fideicom. art. 12. n. 125. Halbanus de interesse lib. 1. quest. 2. num. 12. & 42. Amostaz lib. 1. de causis piis cap. 14. num. 8. Spino de Testam. p. 1. rub. n. 20. ubi dicit, quod causa non qualibet, sed publica requiritur, alias commutatio minime sustinebitur.

143 Quando legatum non potest de jure, aut de facto impleri in propria specie, seu usu resignato a testatore, potest Episcopus de consensu haereditis, aut executoris deputati commutare illud in alium pium usum. Communis, arg. cap. Nos quidem 3. de testam. & l. legatum, 16. ff. de usa, & usufructu. Immo Episcopus de consensu haereditis, aut executoris ex iusta causa, aut ex necessitate potest commutare legatum etiam quando potest de jure, & de facto impleri. Barbosa de offic. Episc. part. 3. alleg. 83. n. 5. & lib. 3. Juris univers. c. 27. n. 5. Vazquez in opus. de testam. c. 8. §. 5. dub. 3. Diana p. 8. tract. 3. resol. 6. Moneta loc. cit. cap. 5. n. 322. Sanchez loc. cit. dub. 2. n. 3. Tondutus tom. 1. cap. 112. n. 6. Felix Potest. 1. p. 1. n. 2584. Amostaz loc. cit. num. 16. & 19. Rota lib. 2. divers. dec. 1123. p. 3. & alii plures. Non potest tamen Episcopus tale legatum commutare nequidem in melius, etiam de consensu haereditis, aut executoris sine justa, & necessaria causa; arg. Concil. Trid. cit. sess. 22. de reform. cap. 6. ibi: "In commutationibus ultimarum voluntatum, quae non nisi ex justa, & necessaria causa fieri debent; & Clement. Quia contingit 2. de Religiosis domib. ubi expresse statuitur, quod ea, quae ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad aliud debent, non ad aliud (salva quidem Sedis

Apostolica auctoritate) converti, & concordari;" cap. Ultima voluntas 4. caus. 13. q. 2. & cap. Nos quidem 3. de test. cum similibus. Sic Barbosa cit. allegat. 73. num. 2. cum pluribus aliis ibi citatis. Amostaz. loc. cit. num. 19. La Croix lib. 4. num. 845. contra varios alios apud Barbosa loc. cit. num. 2. volentes, posse Episcopum legatum commutare in aequale, aut in melius, etiam sine justa, & necessaria causa. (Vid. lit. B pag. 401. col. 1. in fin. nam ad rem conducit etiamque lit. C pag. 9. num. 28. in novis cum remissionibus ibi.)

146 Patriarchae, Primates, & Archiepiscopi ex juxta, & necessaria causa possunt similiter commutare legata suorum subditorum, non tamen si fuerint Suffraganeorum, cum in subditis Suffraganeorum non habeant jurisdictionem; cap. 1. de officio Legati, cap. Duo simul 9. de offic. Ordinarii. Nisi causa per appellationem ad eos perveniat. Moneta de commut. ultim. volunt. cap. 5. n. 286. Amostaz loc. cit. num. 20. & alii passim. Cardinales in eorum Titulis possunt commutare legata, & ultimas voluntates in illis casibus, quibus possunt Episcopi respectu suorum subditorum, quia de Jure habent in suis titulis jurisdictionem episcopalem. Moneta loc. cit. cap. 5. q. 13. conclus. 1. n. 452. Diana p. 5. tract. 2. de potest. privileg. S. R. E. Card. resolat. 57. Barbosa cit. alleg. 83. n. 5. in fine, & alii passim.

147 Vicarius Capitularis, sede vacante, potest commutare legata in iis casibus, in quibus potest Episcopus, quia jurisdictione ordinaria competens Episcopo sede vacante transfertur in Capitulum, seu Vicarium Capitularem ipsum Capitulum representantem; c. Cum olim 14. de major. & obed. c. 1. in eod. tit. in 6. Sic Moneta loc. cit. c. 5. n. 427. Barbosa cit. allegat. 83. num. 16. vers. Capitulum, Diana p. 8. tract. 4. resolat. 34. Amostaz loc. cit. n. 25. & alii passim.

149 Vicarius Generalis Episcopi, quando ipse Episcopus commode haberi valet, non potest commutare legata, & ultimas voluntates, quia similes commutationes sunt de gravioribus, & quae habent gravissimam difficultatem; adeoque nec censentur concessae, nisi specialiter demandentur. Tum etiam quia commutatio involvit Juris dispensationem, & legis derogationem, quae non committitur, nisi specialiter, & expresse. Sic Abbas in c. Cum dilecti, de election. n. 10. Cappon. tom. 2. discept. 103. num. 11. adeoque Vicarius nequit facere similes commutationes, nisi id ei specialiter & expresse committatur. Barbosa cit. alleg. 83. n. 60. in fine, Cappon. loc. cit. num. 11. Moneta loc. cit. num. 484. Amostaz loc. cit. num. 28. & alii. Dicitur autem notanter, quando ipse Episcopus commode haberi valet; nam si extra Diocesim, & in remotis esset, ubi commode adiri non posset, tunc Vicarius Generalis ex juxta, & necessaria causa potest commutare legata, & pias ultimas voluntates; cum in tali casu possit etiam difficilliora expedire, ut concedere Dimissorias ad Ordines; c. Cum nullus, de tempor. Ordin. in 6. Et Vicarius Archiepiscopi in tali casu Suffraganeos censuris compescit, cap. 1. de Offic. Ordin. in 6. Sic Moneta loc. cit. num. 22. & alii.

151 Visitatores etiam absque speciali mandato nequeunt commutare legata, & ultimas pias voluntates propter rationem adductam de Vicario Generali; Moneta loc. cit. cap. 5. num. 486. Amostaz loc. cit. num. 31. & alii. Abbates, alique similes Praelati habentes proprium territorium, & jurisdictionem quasi Episcopalem, possunt ex juxta, & necessaria causa commutare legata, & ultimas voluntates suorum subditorum; habent enim quoad hoc jurisdictionem ordinariam in suo territorio, adeoque & c. Moneta loc. cit. num. 454. Barbosa cit. alleg. 83. num. 16. & alii.

153 Justae causae tallium commutationum quatuor in genere referuntur a Moneta loc. cit. cap. 6. num. 83. Cappon. loc. cit. disceptat. 103. num. 18. & Amostaz loc. cit. num. 33. Scilicet causa necessitatis, utilitatis, pietatis, incommoditatis, aut majoris commoditatis. In specie autem plures referuntur a Barbosa cit. allegat. 83. ad num. 7. & in Concil. Trid. sess. 22. de reform. cap. 6. ad num. 6. & ab aliis. Prima igitur est, si pecunia legata ad usum designatum non sufficiat, tunc enim in alium



alium pium usum ab Episcopo converti potest; Barbosa in Concil. Trident. loc. cit. n. 3. & dist. alleg. 83. num. 7. cum pluribus ibi citatis. Secunda si res legata non possit pro usu destinato adimpleri impedimento juris, vel facti, quia tunc potest Episcopus commutare quæcumque legata pia in alios pios usus; Barbosa in cit. sess. 22. cap. 6. num. 4. & citat. alleg. 83. n. 81. cum pluribus aliis ibi citatis. Tertia si ecclesia seu monasterium non possit construi, ubi designavit testator, quia tunc potest Episcopus concedere, ut alibi construat; Barbosa in citat. sess. 22. cap. 6. num. 5. & citat. allegat. 83. num. 10. & plures alii ibi citati. Quarta si legatum sit factum ad unum usum, non ita necessarium, ut si esset factum ad pingendam ecclesiam, quæ minatur ruinam; tunc enim posset Episcopus pecuniam ad talem picturam destinari in alium pium usum magis eidem ecclesie necessarium commutare; Barbosa in cit. sess. 22. q. 6. n. 6. & citat. allegat. 83. num. 12. cum pluribus aliis ibi citatis. Quinta si urgeat aliunde necessitas commutandi ultimas defunctorum voluntates, neque adiri possit Summus Pontifex; tunc enim potest Episcopus illas commutare. Barbosa in cit. sess. 22. cap. 6. n. 9. & citat. allegat. 83. sub num. 18. Mone-tia loc. cit. cap. 5. num. 348. Sexta si adsit necessitas gravis sublevandi rempublicam; tunc enim potest Episcopus commutare legata in ejus sublevamen; La Croix lib. 3. part. 2. num. 1150. & communis aliorum. Quin-immo volunt multi, quod in tali casu ad sublevandam gravem necessitatem reipublicæ, possint legata commutare iidemmet executores sine facultate Episcopi; quamvis tamen non expedit, sed debeat expectari declaratio Episcopi, an necessitas publica vere sit gravis, aliter posset intervenire multi errores, abusus, & scandala. Septima si ecclesia indigeat sacris vestibus, aut earum reparatione, tunc potest Episcopus de consensu hæredis pro una vice tantum commutare, seu convertere legatum relictum alicui capellæ, seu ecclesie pro missis celebrandis, in paramentorum, seu sacrarum vestium emptione, vel reparatione; Barbosa citat. allegat. 83. num. 14. cum aliis ibi citatis, Felix Potes-tas tom. 1. part. 2. num. 2586. Amostaz loc. cit. n. 37. ubi ex Riccio refert ita decisum fuisse.

156 Legatum tamen magnæ quantitatis missarum una vice celebrandarum commutari, seu converti non potest in erectionem capellaniam perpetuam; Sac. Congr. Conc. in Bononiens. legati missarum 7. dec. 1697. 9. Aug. 1698. & 4. Sept. 1702. apud Ursayam in Miscellaneo Sacro.

157 & profano part. 1. tit. L. n. 45. Legata quoque celebratione missarum nunquam patiuntur diminutionem; Sacra Rota Romana Redditiones Rationis 20. Januarii 1708. §. Etenim, coram Casarell.

158 Legatum relictum Capitulo pro anniversario quotannis celebrando, debet applicari mensæ capitulari pro satisfaciendo in perpetuum tali anniversario, & nullimode potest dividi inter capitulares; Navarrus lib. 3. de testamentis consil. 4. n. 2. & seq. & alii communiter. Et ratio est, quia mens, & voluntas disponentis est in primis servanda: leg. In conditionibus 19. ff. de conditionibus, & demonstrationibus cap. Cum olim 38. de prebend. cap. Ultima voluntas q. 4. caus. 13. q. 2. cum similibus. (Vid. in hoc verb. & remis. cum verb. Hæres.) Mens autem, & voluntas dicti legantis, est ut Capitulo obligetur ad faciendum perpetuo singulis annis in suffragium suæ animæ unum anniversarium, quod non posset fieri, si legatum ad id relictum divideretur inter præsentis Capitulares, cum successores Capitulares, in quibus conservabitur Capitulo, non essent habituri commodum, propter quod tenerentur ad onus illius perpetui anniversarii: Qui enim sentis onus, sentire debet commodum, & contra; textu expresso in c. Qui sentit 55. de Regul. jur. in 6. & leg. Secundum naturam 10. ff. eodem: (Consonat lex 23. prope fin. tit. 5. p. 3. n. 29. tit. 34. p. 7.) Adeoque tale legatum non potest dividi inter præsentis Capitulares, sed converti debet in bonis fructiferis, quæ reddant commodum futuris successoribus Capitularibus sensuris onus dicti perpetui anniversarii.

Item legatum relictum Capitulo, etiam sine expresso onere, censendum est, esse relictum mensæ capitulari, & non Canonicis uti singulis, nisi aliud ex conjecturis de mente testatoris colligatur. Et ratio est, quia mens testatoris, quæ ex adductis iuribus numero antecedenti semper est servanda, videtur in tali dirigi in Capitulo, prout est communis, quæ semper remanet eadem communis capitularis, sive contempletur ut constituta ex capitularibus presentibus, sive ex successoribus, & futuris; adeoque tenendum est, tale legatum esse relictum Capitulo Canonicorum, ut Collegio, & non Canonicis, uti singulis, sicque non posse dividi inter præsentis Capitulares, sed totum debere applicari mensæ capitulari ad commodum etiam futurorum Capitularium. Sic colligitur ex leg. Pater filium 38. §. 6. ff. de Legat. 3. & tenent, ac fortiori tenere debent Covarrub. in cap. Requisiti 15. n. ultim. de Testament. Genuens. in praxi Neapolit. cap. 72. n. 7. Gratian. discept. tom. 3. cap. 533. num. 16. Thoro in Summa privileg. 170. ad med. Cavallos Commun. quest. 278. ad med. Amostaz lib. 4. de causis piis a. in specie cap. 1. n. 70. & 71. omnes alii citandi in numero sequenti.

Item legatum relictum Canonicis indefinite, censendum est, esse relictum capitulo, seu Collegio Canonico, & non Canonicis uti singulis, adeo ut debeat applicari mensæ capitulari ad commodum etiam futurorum Canonico, & non possit dividi inter præsentis Canonicos, nisi ex conjecturis aliud de mente testatoris colligi possit: Sic ex leg. Pater filium 38. §. 6. ff. de Legat. 3. & leg. Civilibus 2. ff. de rebus dubiis, tenent ultra cit. Doctores n. antecedentes, etiam Card. in cap. Requisiti 15. de testament. ibique Imola n. 30. Didac. sub num. 10. Mantica de conjectur. ult. vol. lib. 8. tit. 6. n. 22. & 24. ad fin. Riga in cap. Cum M. Ferrarientis n. 11. de Constit. Menoch. de presumpt. lib. 4. præsumption. 113. n. 6. Cassan. consil. 44. n. 20. Valenzuela consil. 190. n. 39. Vasquez in opuscul. de testam. cap. 8. §. 3. dub. 2. n. 100. Panimol. part. 2. decr. 98. n. 8. & 9. Ventriglia tom. 2. de legatis piis annotat. 28. §. 1. n. 43. Barbosa de Canonica cap. 42. n. 26. vert. Cum fit mentio: & alii plures. Et ratio est, quia verbum Canonici indefinite prolatum Capitulo & Collegio eorum designat, cap. Cum omnes 6. & cap. Cum decessissent 8. de Constit. Atque ita cum tale legatum sit relictum Canonicis, censendum est potius à testatore sub nomine collectivo contemplatum collegium, seu capitulum, quam Canonicis uti singulis; nisi, ut dictum fuit, aliud ex conjecturis de mente testatoris colligatur, ut si adessent conjecturæ demonstrantes, quod Canonicis à testatore fuerint contemplati uti singuli, puta si Canonicis fuerint benemeriti illius, quia ipsam testatorem à gravi malo, seu periculo liberaverint, aut aliter speciales ejus benefactores, seu amici, aut ejus consanguinei extiterint; leg. Nec adjecto 9. Pro socio; Vel quod legatum non possit convenire ipsi collegio, sed singulis; quo quidem casu singulis relictum fuisse legatum esset censendum, ut recte docent Cardinal. Mantica de conjectur. ult. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 24. Genuens. in praxi q. 399. n. 2. ad fin. Gratian. citat. cap. 523. n. 19. Amostaz loc. cit. n. 71. Ventriglia loc. cit. n. 43. Barbosa loc. cit. num. 26. & alii supracitati dicentes, Doctores volunt dictum legatum censendum esse relictum Canonicis uti singulis, intelligendos esse in solo casu, quo interveniant dictæ, aut similes conjecturæ demonstrantes talem fuisse mentem testatoris; Secus autem si nulla adsit talis conjectura, quia tunc censetur relictum collegio, seu capitulo, & non Canonicis uti singulis; cum rationabiliter credendum sit in favorem suæ animæ potius voluisse suam perpetuare memoriam apud omnes futuros Canonicos, seu Capitulares, qui fruentur in perpetuum redditu sui legati, perpetuo memores beneficii, perpetuo pro Benefactore preces effundere, quam in istu oculi ipsam suam memoriam extinguere in solis tempore sui testamenti, & decessus existentibus Canonicis, sine ulla spe futuri suffragii. Unde cum in ambiguis inspicenda sit causa legati; leg. Uxor suæ 13. in princip. de Legat. 3. merito propter dic-

159

160

163

164

dictam causam censendum est fuisse relictum tale legatum collegio capitulari, & mensæ capituli, non autem singulis de capitulo, ut teste Ventriglia loc. cit. num. 43. omnes advertunt supra allegati Doctores.

161 Qui ibi num. 45. subjungit; advertendum esse, quod si fuerit relictum Canonicis legatum magnæ, & notabilis quantitatis pecunie pro missis celebrandis, non possunt Canonici post mortem testatoris dividere inter se pecuniam, & celebrare missas juxta elemosynas solitas secundum morem provincie dari pro celebratione missarum, sed tenentur magnam illam pecunie quantitatem convertere in annuos redditus, & in perpetuum celebrare missas juxta annuos redditus, quia talis certe presumitur fuisse mens testatoris, qui sic voluerit consilere suæ perpetuæ memoriæ, & perpetuis suffragiis pro se, & suis; Et sic revera esse censendum, nisi aliud ex conjecturis colligatur, vel nisi pecunia legata fuerit modica, tenent etiam Genuens. in praxi c. 71. n. ult. in annotat. & prætic. eccles. q. 41. num. 3. Maranta part. 1. contror. resp. 29. per tot. & alii.

162 Legatum relictum ecclesie debetur totum illi, nec Episcopus, nec Rector illius potest aliquid præterdere; Nec si sit relictum ecclesie Cathedrali, vel collegiatae, possunt Canonici aliquid de illo accipere, cap. Requisiti 15. de testament. Authenti. seu novella 129. de Recl. tituli; tit. 14. cap. 13. Et ratio est clara, quia in tali casu legatum factum esse censetur solum contemplatione ecclesie, & non contemplatione Episcopi, Rectoris, seu Canonico, adeoque non istis, sed soli ecclesie debetur, ut multis decisionibus probat Rub. prætic. q. 70. a. n. 1. & sequitur Amostaz loc. cit. num. 58. & alii passim.

163 Si legatum relictum sit Episcopo, seu Rectori alienius Ecclesie, ad cognoscendum cui debeat, attendende sunt conjecturæ. Vel enim legatum relictum ab extraneo nulla præcedente amicitia, seu benemerentia Episcopi, aut Rectoris, & tunc legatum non debetur Episcopo, nec Rectori, sed ecclesie, cum intuitu ipsius censetur relictum à testatore in favorem suæ animæ, utpote sic magis favorabile; & licet sit relictum Episcopo, seu Rectori Ecclesie cum expressione proprii nominis Episcopi, seu Rectoris, intelligitur tamen quam administratoribus illius, non vero uti talibus personis: Vel legatum relictum est à consanguineo, propinquo, amico, familiari, beneficiario, & hujusmodi; & tunc legatum debetur, non Ecclesie, vel Episcopo seu Rectori; cum censetur relictum solum intuitu persone, non obstante quod expressum sit nomen dignitatis. Id tamen totum intelligendum est in utroque casu, Nisi ex qualitate rei legata aliud colligatur: Nam licet legatum relictum Episcopo, seu Rectori à consanguineo censetur relictum intuitu persone, & consequenter debeat Episcopo, seu Rectori, & non Ecclesie; tamen si qualitas rei legata aliud demonstrat, puta si legata sint vestes ecclesiasticæ, calix, patena, lampas; & hujusmodi, tam legatum debetur Ecclesie: quia cum qualitas rei legata potius conveniat Ecclesie, quam persone; sic legatum censetur potius relictum Ecclesie, qua persone. Similiter è contra quamvis legatum relictum ab extraneo censetur relictum intuitu Ecclesie, & consequenter ipsi Ecclesie debeat, & non Episcopo, nec Rectori; tamen hoc non habet locum, quando ex qualitate rei legata aliud colligi potest, ut quando testator legavit Episcopo, seu Rectori Falconem, Canem, & hujusmodi; cap. Requisiti 15. de Testamentis, & ibi Doctores passim, Mantica de conjecturis ultim. voluntat. l. 6. tit. 13. n. 4. Surdus de ultimis l. l. c. 1. & tit. 5. q. 6. n. 9. Menoch. l. 4. præsumpt. 112. Socin. Sen. leg. Crisibus 2. de rebus dub. Reiff. consil. 201. num. 13. l. 2. Amostaz loc. cit. n. 61. Panimol. part. 2. d. 98. num. 21. & 22. Ventriglia loc. cit. num. 42. & alii fere communiter.

164 Frequenter in foro de eo disputari solet, utrum legatum demonstrative, an taxative relictum sit, idque ob diversos Juris effectus; nam legato demonstrative relicto, & deteriorata, vel premissa relicta, supplere tenentur hæres, non item eodem legato relicto taxative.

Regula qua Doctores in hac questione uti solent, hæc est, ut scilicet legatum relictum intelligatur demonstrative, quoties dispositio incipit ab onere operis per testatorem demandati, subindeque progreditur ad expressionem, sive pecunie in eam causam erogandæ. Maxime si opus demandatum, & expressio bonorum non stent sub unico verborum contextu, sed in diversa separataque oratione legantur. Quinimodo creditur satis esse rem quoquomodo esse dubiam, ut legatum maxime pium non taxative, sed demonstrative relictum censetur. Vide Auctores relatos à Cl. mem. Cardinal. Lanfredin. in respons. eccles. 42. n. 2. & plur. seq.

Rectius vero mox laudatus Auctor: "Præmissæ regulæ (ait) tum de inchoatione dispositionis ab onere, tum de diversitate orationis non sunt, nisi quedam argumenta ex communiter accidentibus deprecipua in linea conjecturali, scilicet, quia dum testator primo loco, ac per orationem absolutam expressit præceptum operis perficiendi, de omnimodo illius adimplemento principaliter sollicitus fuisse videtur, & opportunioribus quibusque mediis illius finis consecutionem exoptasse, nec propterea illud subordinare voluisse reputatur incerto eventui preemptionis, vel insufficiencie particularium illorum bonorum expresse designatorum. Quamobrem non est præclusus adinstauratori investigationi diversæ voluntatis defuncti, quæ nisi ex aliis argumentis, & conjecturis appareat fuisse, ut non affunde, quam ex talibus bonis specialiter designatis legatum adimpleretur, utique hæc defuncti voluntas sequenda est, spreto rigore literæ, neglectoque ordine scripturæ fortasse extense ab inconsulto jurisque imperito Notario &c. Parvi enim refert, quis voluntatem disponentis sermo exceperit, aut qua prius quæve posterius verba calamus scribens effuderit, ubi nec non dubiis argumentis conjicitur vera animi sententia, quam sequi necesse est, etiam recedendo à proprietate verborum, & supplendo scripturæ defectum."

Neque admittit, ipsum legatum pium in dubio censi relictum demonstrative.

Plura autem idem Doctor cumulat argumenta, ex quibus non obstante inchoatione dispositionis ab onere, tum diversitate orationis, legatum non demonstrative, sed taxative relictum censetur. Præcipuum autem est, si non quantitas pecunie in genere, sed certa species sit legata.

Vide, & de hac questione, & quidem in utramque partem, Rotam in Romana Fundationis Monasterii 21. Junii 1717. cor. bon. mem. Cerro, in Romana supplementi, & applicationis 11. Junii 1731. cor. clar. mem. Allrevando, & in Novarien. Capellanis 2. Julii 1736. & 6. Maji 1737. cor. bon. mem. De Vais, sed potissimum vide doctissimum Averanium Interpret. jur. hb. 2. cap. 27. per tot. ubi materia pro dignitate tractat, conciliatque textus omnes, qui inter se contrarii sunt.

165

166

167

168

169

170

171

172

LEGATUS. SUMMARIUM.

- 1 Legati qui dicantur: quæ distinctio inter jus civile, & canonicum: qualis in eisdem: an eis concedatur aliqua potestas, & jurisdictionis: quid jure antiquo, ad num. 18.
- 19 In quo Legati à Delegatis differant: quid speciosius in Legatis à Lotere inventur: quæ alia prærogativa, & discrimina inter omnes constituitur, sive circa beneficiorum presentationem, ordines conferendos, divinarum exercitia &c. ad num. 43.
- 46 Concessio indulgentiarum ab eisdem facta quod tempus comprehendat: an sint perpetuæ: quæ facultas in extractione ab immunitate: in absolutioe excommunicationis, ad num. 51.
- 52 Quibus modis Legati cesset officium: an revocato